



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 5. Notatus vsus quidam verbi labor, aut dilabor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

leguntur, ita puto legenda: *Quousque patieris deesse caput reipublicae?* Est autem vetus scribendi deesse, pro deesse.

Notatus vsus quidam verbi labor, aut dilabor.

CAPVT V.

Cum cœtus aliquis dissoluitur, seque, aut cœtum quisque aut quod vocant hegoria, aut hegoria quod fert animus, alius aliud recipit, in eo legendum *dilabendi* verbum ponere Tacitus solet. Accipere potest, vt & apud antiquiores quoque eius vsus nonnullis exempla reperiantur; rariora tamen, vt opinor, mihi putavi minus vitio datum iri, si huic coeque nonnulla sub vno aspectu ponerem. Libro primo Annales ab excessu D. Augusti ita scriptum est: *Impellere paulatim nocturnis conloquiis, aut fieri vespere die, & dilapsis melioribus deterrimum quousque congregare.* Id est, cum meliores iam se ad curia corpora recepissent. Et libro secundo: *Neque copia pugna obsessores fecere, ad famam aduentum dilapsi.* Et libro XI. *Ceteris passim dilabentibus circumfunderentur.* Et libro XII. *Vt anteirent populatores dilapsi improuisi circumfunderentur.* Et libro XIII. annalium ab excessu Neronis: *Donec fastidiret laborio: & extremo iam die sua quisque in tentoria dilabatur.* Sed & æqualis Taciti Suetonius in Vitellio: *deserta omnia reperisset, dilabentibus & qui simul zona se aureorum plena circumdedit.* labi etiam pro dedit dixit Iuuenalis satyra sexta: *Labente officio donanda.* Labente enim officio, est, iis qui ad celebrandas nuptias officij causa conuenerant, discedentibus ac dilabentibus.